Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uidei conuenuit. Et in occulto locutus sum nichil. Quid me interro
gas? Interroga eos qui audierit quid locutus sum ipsis. Ecce
hi sciunt quid dixerim ego. Hec cum dixisset unus assistens ministro
dedit alapam ihu dicens. Sic respondes pontifici. Respondit ei
ihc. Si male locutus sum testimonium phibe de malo. Si autem bu
quid me cedis. Et misit eum annas ligatum ad caypha pontifi
cem. Erat autem simon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt
ergo ei. Nunquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit. Non
sum. Dicit unus ex seruis pontificis cognatus eius cui abscidit petrus
auriculam. Nonne ego te uidi in horto cum illo. Iterum ergo negauit pe
trus. Et statim gallus cantauit. Adducunt ergo ihsum ad caypham
in pretorium erat autem mane. Et ipsi non introierunt in pretorium. ut non co
inquinarentur sed ut manducarent pascha. Exiuit ergo pylatus ad eos
foras. et dixit. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc. Re
spondent et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor non tibi tradidis
semus eum. Dixit ergo eis pylatus. Accipite eum uos. et se
cundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo iudei. Nobis non lic
ut interficere quemquam. Vt sermo ihu impleretur quem dixit. significans qua
morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pretorium pylatus. et uocauit
eum et dixit ei. Tu es rex iudeorum. Respondit ihc. A te metipso
hoc dicis. an alii tibi dixerunt de me. Respondit pylatus. Nunquid
ego iudeus sum. Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi.
quid fecisti. Respondit ihc. Regnum meum non est de hoc mundo. si ex hoc mun
do esset regnum meum. milites mei dimicarent ut non traderer iudeis.
Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei pylatus. Ergo
rex es tu. Respondit ihc. Tu dicis. quia rex sum ego. Ego in hoc natus
sum. et ad hoc ueni in mundum. ut testimonium perhibeam ueritati. Omnis qui
est ex ueritate audit meam uocem. Dicit ei pylatus. Quid est ueritas.
Et cum hoc dixisset. iterum exiuit ad iudeos. et dicit eis. Ego nullam